



ANNUS
APOSTOLICUS

3-4

BV30
L3
v.2
t.3-4

008524



1080015161

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

E
HEMET

ANNUS APOSTOLICUS



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

ANNUS
APOSTOLICUS

CONTINENS CONCIONES

I. TOTO ADVENTU — II. TEMPORE QUADRAGESIMAE
III. OMNIBUS ET SINGULIS TOTIUS ANNI DIEBUS DOMINIIS
IV. DE SANCTIS

PRÆDICABILES
STILO PERSPICUO ELABORATAS

CLARAQUE METHODO CONCINNATAS

AUCTORE R. P.

Fr. ZACHARIA LASELVE

*Sacrae Theologiae Lector, necnon Provinciae Recollectorum
Sanctissimi Sacramenti seu Tolosanae alumnus.*

EDITIO REVISATA ET ANNOTATA A P. A. SARACENO PRESB. CONGR. OB. TAURIN.

Volumen III.

Pars II. — Conciones pro tempore Quadragesimae.



ANNO DOMINI MDCCLXXXI
DIE XXV FEBRUARII

UNIVERSIDAD DE LEÓN
Biblioteca Valverde y Telloz

AUGUSTE TAURINORUM
EX OFFICINA LIBRARIA ECCLESIASTICA
EQ. LAURENTII ROMANO EDITORIS

M. DCCC. LXXXI.

FONDO EMETERIO
45161

BV30

L3

v.2

t.3-4

Juribus servatis.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Tarriai — Ex Typ. V. BONA.

CONCIONES
PRO
TEMPORE QUADRAGESIMÆ

DOMINICA QUARTA.
DE DIVINA PROVIDENTIA.

Dei providentia, quæ creata cuncta mirabiliter ordinat et gubernat, tres dicit et includit Dei perfectiones, scientiam scilicet, bonitatem et omnipotentiam, quarum singula officia distinguit Hugo a sancto Victore, dicens: *Scientia disponit, voluntas movet, potestas exequitur. Infinita Dei scientia* est quasi oculus divinæ providentiæ, quo omnes omnino creaturas, et omnia quæ ad illas in fines suos dirigendas necessaria sunt, clarissime cognoscit. *Infinita Dei bonitas* est cor divinæ providentiæ, quo ea singulis creaturis dare decernit, quæ ad fines, ad quos conditæ sunt, assequendos necessaria sunt. *Infinita Dei potentia* est quasi manus divinæ providentiæ, quæ executioni mandat, quæ bonitas, seu Dei voluntas faciendæ decrevit. Brevis quedam divinæ providentiæ idea in hodierno evangelio, in quo dicitur quod Christus turbam, quæ eum sequebatur, et quæ fame gravabatur, inspexit; *cum vidisset, quia multitudo maxima venisset ad eum*. Ecce oculus divinæ providentiæ. In eodem evangelio deinde dicitur, quod populi famem patientis Christus misertus sit, *et misertus est super eos*. Ecce cor divinæ providentiæ. Tandem subditur, quod Christus panes multiplicaverit; et Apostoli

LISELYE, Ann. Ap. — Vol. III.

008521